Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Quid aut latitudinem? quia ut ibi pendent tota lex & omnes prophete.

Explicit sermo .xxi. Incipit .xxii.

Speravi ad monitum

Laudabilem latitudinem in qua nullas cum mandata dei facimus patiamur angustias. intelligenda est caritate. Propter quod & in magno isto psalmo cum supra dixisset: latum mandatum tuum valde. in hoc segmento versu ostendit unde sit latum dicens. Quomodo dilexi legem tuam domine. Dilectio est quia latitudo mandati. Unde quippe fieri potest ut diligat quod dns iubet diligi. & ipsa iussio non diligat. Ipsa enim lex tota magis die meditatio mea est. Ecce quomodo eam dilexi ut tota die meditatio mea esset. ut potuit sicut greci habent tota die. ubi magis continuatio meditationis exprimitur. Id autem intelligitur per omne tempus. quod est semper. Tali expugnatur dilectione cupiditatis que semper faciendis legis iussionibus contradicit concupiscentie adversus spiritum carne. adversus quam spiritus concupiscens. ita debet diligere legem dei. ut tota die meditatio eius sit. Dicit autem apostolus. Ubi est gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem factorum? Non. Sed per legem fidei. Hec est fides quia per dilectionem operatur. quibus que